



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Institutiones Canonicæ Sive Ivs Ecclesiasticvm**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1706**

VI. De Anatocismo, sive Vsura Lucratoria suspectis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62649](#)

ram in solutione pensionis solvendam, vel ad interesse lucri cessantis, aut certas expensas factas ex pacto obligetur; quantumvis enim alias censuarius, sicut ad damni, ex culpabili mora emergentis, sic etiam ad lucri cessantis interesse & moderatam penam teneatur, eaque exigui postea valeant, ad intentionem tamen & iniquitatem usurariam removendam in pactum deduci prohibentur.

**80.** Has Naturali Jure necessariis contractis censualis conditionibus superaddidit Beatusissimus pariter Sapientissimusque Papa Pius V. cuius utique saluberrimam, & ad hominum, iustis atque usurariis lucris inhibantium, & excogitatis in dies novis conditionibus & comprehendendi formis, egentium fortunas absorbentium creditorum, fraudes efficacius excludendas promulgatam Constitutionem ubique in usum deduci, res quidem exoptata, sed obtenta non est. Quin, ne ad eius, quoad conditiones, quæ Naturalis aut Divini Juris non sunt, observantiam adstringeretur Hispania, summo Pontifici illi à Rego Catholico Philippo II. supplicatum, eamque supplicationem sine contradictione admissam, perhibent Gutierrez *Practic. Lib. 2. q. 177. in fine*, Felician. *de Solis Lib. 1. de Censib. cap. 7. n. 2.* & aliis relatis cit. *Patio p. 15. n. 6.* Eamque quoad conditiones illas in Gallicanis, Beligicis & Germania nostraræ provinciis in usum non deduciam, testes sunt Laudati Leffius *n. 98.* Tannerus *n. 131.* Haunold. *n. 316.* & Pirrhing *n. 84.* De quo quidquid sit, sicut super re immobili non fundatos census, ubi eorum usus, saltet locorum statutis & prudentiam timoratorum virorum judicio approbatu viget, non damnandos, ita dissuadendam existimo exemptionem censu personalis, præsternit credibilis ex parte emptoris; propter

periculum intentionis ac fraudis usuraria, sub pallio censuali facile latentis.

### ARTICULUS VI.

## De Anatocismo, sive Usuris Usurarum.

### S U M M A R I U M.

82. Illicite sunt Usura usurarum lucratoria.
83. Compensatorie Naturali permisæ.
84. Veritate tamen sunt Jure Positivo:
85. Nisi ex usurâ in fortē redactis percipiantur.
86. Eas ex usurâ, in fortē brevi manu redactis, aliqui permittunt.
87. Verius illicite sunt,
88. Ut & Censu censuum in fortē non redactiorum.
89. Disfrimen inter hos & usurarum usurarum.

**U** Suræ usurarum dicuntur lucrum, quod ex lucro usurario non soluto, ultra hoc & fortē, exigitur à debitore, vg. si, qui 1000. pro 50. annuatim solvendis creditit, propter hos constitutō tempore non solutos, altero anno elapsō, ratione eorundem 1000. creditorum alios 50. & ratione 50. pro primo anno debitorum & non solutorum, duos cum dimidio exigit à debitore. Cujusmodi usuras, si mere lucratoria sint, perinde, imè multò magis, quām eas, quæ vi mutui solius ultra fortē creditam exiguntur, non humanō tantum, l. Placit. 29. ff. de Usurâ & l. Improbum 20. C. Ex quibus caus. infam. irreg. sed Divinis quoque, ac Naturali Jure esse illicitas, indubitatum est ex dictis a n. 8.

l. 2

Si autem

**83.** Si autem Usuræ usurarum , sive duo illi cum dimidio , non vi mutui , sed ratione alterius tituli , vg. damni e-mergentis aut lucri ex usurarum , scilicet > ultra sortem debitorum , dilata solutione cessantis exigantur , sicut > qui vi ejusmodi justi tituli annuatim percipiuntur , sic etiam duorum illorum cum dimidio exactio Naturali & Divino

**84.** Juri non adversatur . Jure tamen Positivo reprobata etiam ipsa est *citt.* alii- que *ll.* in tantum ; ut , licet usura usurarum promissa fuerint , non tamen debeantur : & soluta conditione indebiti re- petantur . *l. Si non sortem 26. §. 1. f. de Con-*

*dit. indebiti. Unde*

**85.** Dubium oritur , an hujusmodi u- sura exigi etiam nequeant ex usuris re- dactis in sortem , qui credendi modus à DD. vocari solet Anatocismus . Non quidem si usuræ compensatoriæ aut mo- ratoria , jam perceptæ debitori denuo sic credantur ; ut ratione lucri ex ipsis cessantis &c. post annum duo cum dimi- dio ultra > de novo creditos sive sortem reddantur ; cùm enim tali calu usuræ perceptæ ac denuo creditæ , perinde ut milioni primò crediti , evadant sors , & sint aliquid principale , non appetat , cur ex iis iterum & , sicut alteri , sic eidem creditis percipi nequeat compensatio lu- cri cessantis aut damni , si quod inde e- mergat .

**86.** Sed , si nondum sint solutæ ; has enim debitori sub obligatione solvenda- rum usurarum compensatoriæ denuo credi posse , aliqui defendant & suadent Primum ; quod non appareat ratio , cur solutæ debitori reddi & in novum mu- tuum converti ; & non etiam ante solu- tionem relinqu & , ut vocant , Brevi ma- nu credi possint , Mavius p. 4. decif. 213. Secundò ; quia , si facta usurarum con- demnations fecutaque taxatione debitor

taxatam quantitatem præfixo tempore non solverit , ab eo tempore ex usuris quasi in sortem redactis , usuras , sicut ex usuris solutis & iterum creditis , de- beri . Pragmatici passim volunt , teste Fa- bro de Erroribus Pragmat. decad. 20. Er- rore 1. Tertiò ; quia ex contractu cen- fuali debiti & non soluti censu mutuò conseus ita brevi manu redigi in sortem possunt , ut cum Gaill. Practic. Lib. 2. Observat. 7. n. 5. & Bruneman. in l. fin. C. de Ufuria n. 2. docet , & de Jure ve- rissimum censet Magnificus D. Collega Dominicus Bassus Semicent. Controvers. 38. n. 6. & 11. Cur non idem brevi manu fieri queat in usuris , faltem compensato- riis , debitis ex mutuo ?

Sed Anatocismum illicitum ; ac pro- 874  
inde usurarum , sic in sortem redactarum , usuras exigi Jure posse , cum Roderico de Reddit. annuis Lib. 3. cap. 7. n. 27. & aliis DD. in l. fin. C. de Ufuria merito ne- gant Barbosa n. 1. Bruneman. n. 2. & alii , permoti ictius legis dilpositione , quā à Justiniano Imp. ingeniosæ avaritiae foene- ratorum , usuras usurarum antiquiori Ju- re , l. Si non sortem & l. Placit. citt. jara prohibitas , ex usuris brevi manu in sortem redactis , reipslā in dictarum legum fraudem , percipientiū , providè occursum : & , sicut usuræ usurarum , sic etiam in- teresse de interesse prohibitum fuit . Ra- tio reddi solet ; quod accessio accessionis , fructuum fructus , servitus servitus & lucri lucrum , quod sicut in usuris usurarum , sic etiam in interesse alterius in- teresse reperitur , de Jure non detur .

Pro Anatocismo sive hujusmodi u- furarum usuris allata magni ponderis non sunt . Primum ; quia inter propositos duos causas latum discrimen , ex parte tam creditoris quam debitoris , intercedit ; cùm multò facilius ille pecuniam non vi- lam mutuò det , quam actu numeratam & rece-

Exceptam: iste verò multò promptius promittat usuras usurarum, quām istas solvat: cāmque ob causam per Anatocismum debitores āre alienō facilē opprimantur, Bruneman. cit. n. 2.

Alterum; quia ab Imp. etiam rei iudicatae usurae, quā ratione usurarum non solutarum percipiebantur, sublatæ sunt. *I. Sancimus. 3. C. de Usuris rei judic. ut quantumvis debitor, tam ad fortis, quām ad usurarum præteriorum solutionem sit condemnatus: & tam illā, quām his in unam massam per sententiam confusis, totius debitum novatio facta videatur, usurae tamen ex sorte duntaxat, non ex usuris debitis sint solvenda; ut idem n. 3. obseruat.*

**Q8.** Postremum; quia imprimis, sicut usurarum usuræ ab Imp. ita censuum census à B. Pio V. *Constitutione*, quæ incipit *Census*, 14. Calend. Febr. 1568. publicata prohibiti sunt, conditione 7. vel 8. ad contractum censualem requisitā, & à Canisio de *Ufuris cap. 11. n. 4.* & Haunoldo *Tom. 4. de J. & J. Tract. 10. n. 350.* relatā. Unde saltem in provinciis, in quibus illa usura recepta est, census non soluti in sortem redigi, eorumque usuræ exigi non possunt. Dein; quia alii census annui, & alia ratio est usurarum; cūm istæ ex mutui, ille ex vero emptionis venditionis, ab illo omnino diverso, contractu solvatur: & idcirco, sicut qua de usuris statuta sunt, censibus: sic, quia de usuris ex usuris non solutis & in sortem redactis *ll. cit. decreta* sunt, usuris, quæ ex censibus non solutis & sorti adjectis percipiuntur, non rectè applicantur, Brunemannus *cit. n. 2.*

**Q9.** Demum; quia lucrum, quod vi mutui percipitur, aliquid sorti credita acsellorium est; non etiam census annui pretio, quō eos percipiendi jus emi solet; cūm ejusmodi census percipiendi jus habeat rationem mercis emptæ; & propterea, sicut censem percipiendi jus, ita quos jus hoc

respicit, census sive pensiones annuæ, non aliquid acsellorium pecuniæ sive pretio, quo comparantur: sed sicut aliae merces cum oneribus suis commoditatibus & utilitatibus principale sive primarium erunt, ut rem hanc eruditè explicat Gailius *Observeat. 7. cit. n. 5. & 6.*

### ARTICULUS VII.

## De Usurarum Dominiō & Restitutione.

### SUMMARIUM.

90. *Usuras solvere non tenetur mutuarius.*
91. *Fænator tenetur ad solutarum restitutionem.*
92. *Is tamen rerum usurariarum cum suis permixtarum vel confusarum:*
93. *Non etiam aliarum dominium acquirit.*
94. *Idem dominus fit rei pecuniæ usuraria empta.*
95. *Non etiam fructum rei usurarie frugifera:*
96. *Pretij tamen ejus vendite dominus fit evadit.*
97. *Restituendi obligationem etiam usura mentalia:*
98. *Non etiam mentalia Simonia inducit.*
99. *Ad usurarum restitutionem etiam Iudei tenentur,*
100. *Et compelli Jure possunt.*
101. *Eadem restituendi obligatio transfit ad heredes:*
102. *Non tamen ultra hereditati vires;*
103. *Neque etiam ad plurimum singulos in solidum:*

I i 3

104. *Nisi*